



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An Corpus Christi & Sanguis sint realiter in hostia & calice consecrato. [n.]
91.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

bum: repræsentant nobis Christum ridicule loquentem. Credo tamen, tales coram DEO non peccare graviter, quia scrupuli eorum eos redigunt ad hanc parvam stultitiam. *Hæc Gob.* Quibus addit *Patritius noster*, idem se sentire de ijs, qui consecraturi pro intentione formanda, longa, scrupulosa, ac ridicula, morositate hostiæ consecrandæ incubant veluti gallina pullis excludendis.

CONFERENTIA XIV.

DE forma Consecrationis Panis, *Hoc est Corpus meum, & vini, Hic est Calix Sanguinis mei:* Ita discurrunt Calvinistæ & patres nostri, [ajunt ex Paulo I. Cor. 16.] *Omnes eandem escam spirituales manducaverunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt, bibebant autem de spiritali, consequente eos Petra, Petra autem erat Christus.* Unde si cæguunt: Si eandem spirituales escam Patres nobiscum sumpserunt, neque aliter, quam vera fide præsentem Christum (qui in carne nondum natus erat) poterunt lumere, constat nos quoque ita præsentem manducare, cum eandem manducemus escam: Quæritur itaque, an ex cit. verbis Apostoli recte sequatur, quod inferunt.

¶ Minimè, aliud enim (inquit S. Aug.) est Pascha, quod Judæi de ove celebrant: aliud quod nos in Corpore & Sanguine Domini accipimus. Nos signum & signatum

D 4

fide

fide & re ; illi signum cum sola fide , eandem ergo utrique spirituales escam , non eandem realem. Nos habemus Panem de Cœlo vivum , illi Manna mortuum. Joan. 6: Declaratur autem nostra veritas ex ipsis institutionis sacræ verbis , *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur.* Panis autem, vel apprehensus in mente Christus, pro Redemptione nostra oblata non sunt , sed ipsum Christi Corpus reale & verum. Iterum *Hoc est poculum, novum Testamentum in Sanguine meo, quod pro vobis effundetur* , manifestè indicat , non vinum , sed verum Christi sanguinem , neque hanc ut fide apprehensum , sed ut ipsum fidei nostræ objectum, hoc in poculo fuisse : Cum aliud nihil pro salute nostra effusum sit.

CONFERENCE. X.

92. Quia Apost. ad Rom, 6, scribit : *Christus resurgens ex mortuis, iam non amplius moritur, mors illi ultra non dominabitur, quomodo intelligendum est illud Tridentini sess. 13. c. 3. ubi docet existere in hoc Sacramento [utique vi forme consecrationis] Corpus quidem sub specie panis & Sanguinem sub specie vini ex vi verborum quòd si enim Corpus existat sub specie Panis absque Sanguine, quomodo vivit & non moritur Christus. Ad hoc*

Re.